

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

2. Eva

urn:nbn:de:bsz:31-105410

& alios ea sapientia de cœlis profecta
instruens, cum posteritate credente
servatur.

2.

EVA.

Eva e viri dormientis latere atqve
costa, Dei manu virgo producitur,
ornataqve specie eximiae pulcritudi-
nis, ipso Deo auctore & pronubo,
ad virum deducitur. Dos fuit, ve-
ra Dei agnitio & integritas: domici-
lium, amœnissimus hortus, & huic
adjunctum in omnes res conditas,
tam animatas, qvam non animatas,
imperium: victus, arborum fruges,
ac plantulae salubres: & monstratus
a Conditore fonticulus: amictus
vero innocentiae & sanctitati nullus.
Hæc blanditijs diaboli inducitur, ut
oblita mandati arboris vetitæ pomū
carpat, idemq; viro gustandum por-
rigat. Sua igitur temeritate viro victū
asperum & sudores, sibi dolores par-
tus & servitutum peperit; omnemq;

d 7

poste-

posteritatem secum perdidit; mortemque in hominum genus miserima introduxit. Excitata autem ab ipso Deo ad spem salutis atque vitæ, etiamsi dote amplissima & bonis ingentibus spoliaretur, omnes tamen vitæ difficultates & longævitas ærumnas sustinet precibus & patientia.

3.

CAINVS.

Cainus primus ex homine homo natus, parentum singulare gaudium, in adolescentia agrum colere coepit, multoque sudore & molestia victum quæritare. In studiis pietatis negligens, & maxima quæque sibi pollicitus, cum fide non sincera Deo munera offerret, est illi frater divino testimonio antepositus. Quamobrem ira & odio exardescit, & de necando Abele tacite secum cogitat; quem blando sermone in agrum pelli-

pellicis
nis reve
cat. A
precatu
conscie
despera
que pa
terris se
nionu
risque
Deum
veritu
tander
per in
fectus
& fili

4.

Ab
fus qu
tur a
recte
verifi